

Universitätsbibliothek Wuppertal

Epistolæ obscvrorvm virorvm

cvm inlvstrantibvs adversariisqve scriptis

Textvs

Hutten, Ulrich von

Lipsiæ, 1864

49. Philippus Sartoris de Erfordia

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-976](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:468-1-976)

49.

C Philippus Sartoris de Erfordia
Magistro Ortvino Gratio

Salutes honorabiliter optandas honorabilitati vestre. venerabilis domine Magister, Sicut nuper scripsistis mihi quod quidam poeta in Almania dictus Erasmus Roterodamus componit multos libros, et præcipue composuit unam epistolam ad Papam, in qua commendavit Iohannem Reuchlin: Sciatis quod vidi illam epistolam. Sed adhuc vidi unum alium librum magnum qui intitulatur 'Novum Testamentum', et misit illum librum ad Papam: et credo quod libenter vellet quod Papa autenticaret illum librum. Sed spero quod non fiet. Quia Magister sacri Palatii qui est vir notabilis et magnæ reputationis, dixit, quod vult probare quod Erasmus ille est hereticus, quia in quibusdam passibus reprehendit doctorem sanctum et nihil tenet de Theologis. Et cum hoc scripsit unam materiam quæ vocatur Moria Erasmi, quæ habet multas propositiones scandalizativas et parum reverentiales, et aliquando continet apertas blasphemias. Quapropter Parrisienses volunt comburere talem librum. Ergo etiam non credo quod Papa autenticabit illum magnum librum. Etiam Magister noster Iacobus de alta platea est in bona sperantia. Heri invitavit me ad collationem, et dixit mihi vera citer quod Cardinalis dixit sibi, quod debet habere sententiam pro se. Sed Iohannes Wick qui est Procurator Iohannis Reuchlin, facit ei magnam instastiam: ego semel affui quod Magister Noster Iacobus dixit ad eum 'Ecce tu iam es contra me, et credas mihi firmiter, si habuero victoriā, ego tribulabo te ita quod in tota Almania non eris securus'. Et iterum dixit ad eum: 'ego scio quod Reuchlin non habet tibi dare pecuniam, et tu es ita temerarius quod vis tibi totum ordinem ad inimicitiam facere?' Postea est unus alias, scilicet doctor Martinus Groningen qui debet transferre Speculum Oculare. Ego intellexi quod Magister noster Iacobus dabit ei centum ducatos in occulto, quod falsificabit Speculum oculare: et si faciet, tunc eritis victores. Et spero quod ille doctor faciet. De talibus quicquid scitis debetis mihi scribere. Valete ex Roma.

³ M. 4. 5. ⁵ michi 5. et sic infra ter ⁶ Roteroda. 5. ⁷ rench. 5. ¹⁰ au-
tentificaret 5. ¹¹ Pallacij 5. ¹² . Quia 4. 5. ¹⁶ Parrhifienses 5. ¹⁷ cōbur-
rere 4. autentitabit 4. 5. ²³ M.nř 4. ²¹ Ioannis 5. ²² M. N. 4. N. 5. ²⁵ quod
non habet 4. ²⁹ falsificauit 5.